UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Caducis tollendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

tuere. vide Rom. ſingul. dxj. nunquid autem de legato male ablatorum incertorum poſſit detrahi Trebel. vide Barb. in tracta. de gabel. in v. par. viij. partis principa. circa finem. Item an eccleſia aduerſus aliam eccleſiã gaudeat priuilegio iſto, vide late Barba. quod ſic. in conſil. xv. volu. iij.

b ❡Quero vtrum. Uide Ludoui. Rom. in conſ. cciiij. ſi ceſſat Trebellianica, vide omnino. Andr. Barb.

c ❡De fideicommiſſo vniuerſali. Uide omnino Ang. in d. l. Marcellus. verſic. quod autem.

LEX VIII.

Pritum. Grauatus de reſtituendo, impeditur teſtari, licet fideicõmiſſum, vt es alienum, veniat deducendum. hoc dicit.

LEX IX.

Rror. Indebitum per falcidiam ſolutum per facti errorem reperitur, ſecus ſi ſcienter, vel aberrante in iure ſoluitur.

LEX X.

1 Filius pure de reſtituẽdo grauatus detrahit vnam quartam ſi autem ſub conditione, detrahit duas.

a **Quanquã.** [a] Frater grauatus de reſtituendo quod poteſt detrahere per Trebellia. ad ſuos heredes trãſmittit. hoc dicit. ❡ †Quero

1 vtrum ſint detrahende due quarte. hoc eſt. legitima debita iure nature, & Trebellianica? Gloſſ. diſputat hic. & ff. de inoffi. teſta. l. Papinia. §. meminiſſe. in fi. in authen. de here. & fal. §. ſi quis autem non implens. Hodie habemus caſum in decre. in c. Raynutius, & in c. Raynal. extra de teſt. & hoc eſt verum, & cõſuetudo ob-

b ſeruat, [b] quod poſſent due detrahi, &c. illa loquuntur quãdo quis eſt rogatus de reſtituendo ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, vel alia, nam tunc legitimam habet ab initio, Trebellianicam detrahit. cum reſtitutioni eſt locus. Sed quando rogaretur de re-

c ſtituendo pure, tunc eſt ſtandum iuri communi. [c] hoc eſt, iuri noſtro, ſecundum quod in veritate non detrahitur niſi vna quarta, vt l. j. §. pen. ſi cui plus quam per l. fal. Preterea, in legitima computatur quicquid peruenit ad aliquem de bonis defuncti, vt l. quoniam nouella. §. de inof. teſta. Ergo ſi detrahetur primo Trebellianica, illud quod habet iure Trebellianice, computatur in legitima, vt ibi. Iſtud autem, quod pure rogatur, ſepe accidit propter clauſulam appoſitam in teſtamento, ſi non valet iure teſtamenti, valet iure codicillorum, tunc enim ſi ex aliqua cauſa teſtamentum eſt nullum videntur rogati venientes ab inteſt. de reſtituendo pure, ideo filius ſeu filia non detrahit niſi legitimam.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡Quanquam. Et ad iſtum text. qui probat quod ius defalcandi tranſit ad heredes vide & adde ſimile in l. j. §. quo. lega.

AND. BARB. ❡Quanquam. Uide Ludo. Roma. in conſil. cclxxij. & conſi. cccix. vbi loquitur de duabus quartis detrahendis.

b P. PAV. P. ❡Et conſuetudo obſeruat. Uide Alex. conſi. clxxxv. ad fin. Fran. conſi. clx. Roma. conſi. ccvj.

c ALEX. ❡Communi. Adde Bar. in l. j. §. interdum. ff. ſi cui plus quam per l. fal. Sed quid in aſcendentibus: quia c. Raynu. loquitur in deſcendenti. Bald. dubitat in l. ſi a milite. §. pater. ff. de teſta. mili. & hic adde in l. iubemus. in prin. per illum text. §. tit. j. & latius per Old. in conſil. clviij. incip. factum tale. & Ang. in conſi. cxxviij. & Oldr. in conſi. cxv. & hic vide Barto. in l. papinia. §. meminiſſe. de inoffic. teſta. & Bald. in l. filie. in fi. §. fami. erciſ. vbi vult quod filius poſſit detrahere vnam quartam, & alteram, quatenus in ea plus eſſet. Idem vbi eſſet rogatus ſub conditione, non detrahit duas quartas, & que debet ſi eſt grauatus ſub conditione, ſi teſtamentum non valet, vel non valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum. Et vide Bal. in d. l. papinia. §. meminiſſe. videtur extendere id, quod dicitur in treb. ad omnem quartam que accipitur iure inſtitutionis, & ſic ad Falc. Adde quomodo filius detrahat duas quartas. Bald. conſil. cxj. volu. Oldr. conſil. ccv. Pet. de Anchar. conſi. xxv. in eo. vo. quod do. Alex. indeciſum reliquit, in aſcendentes poſſint detrahere duas quartas, dicas tu quod Ro. conſuluit aſcendentes duas quartas detrahere poſſe, eius conſi. ccxxxix.

LEX XI.

Si vt allegas. Si teſtator pro falcidia ſpecies reliquit, ſunt ſpecies eſtimande, & quod ad falcidiam deficit, eſt heredi ſupplendum. hoc dicit.

LEX XII.

* a **In donationibus.** *[a] In donationibus, que morte cõfirmentur, locus eſt falcidie. hoc dicit.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ❡In donationibus. Pro hac l. vide Ludo. Roma. in conſil. lxxij. an detrahatur falcidia. & in conſil. lxxvj. an de donatione cauſa mortis poſſit detrahi falcid. incipit totum fundamentum.

* CLAVD. DE SEISS. ❡In donationibus. In quibus iſte donationes conueniant vltimis voluntatibus, & habeant vim relicti & in quibus non, vide per Bald. in authen. ex teſtamento. §. de collat.

LEX XIII.

Si ea. Glo. tua prima hic ponit caſum, & nihil aliud facit. Relictum pro libertate, vſque ad ſerui pretium, non defalcetur, ſed in reſiduo, & qui relictum agnouit, ſeruum ſuum cogitur manumittere. hoc dicit.

LEX XIIII.

Licet. Per ſucceſſionem extinguitur actio pro hereditaria portione, tamẽ in ratione legis falcidie, vt es alienum deducitur. hoc dicit. iſta l. leuiſſima.

LEX XV.

Si prediorum. De inſtrumentis prediorũ falcidia non detrahitur. vel aliter. De chartis relictis falcidia non detrahitur. h. d.

LEX XVI.

Succeſſores. Quod relinquitur vltra vires patrimonij, non valet. h. d.

LEX XVII.

A Coheredibus. De legatis relictis incerto coheredi, detrahitur falcidia. hoc dicit.

LEX XVIII.

Si quis quadringẽtorum ſorte. De mortis cauſa capione, que proficiſcit ab herede teſtatore diſponente, detrahitur falcidia. h. d. hec ſingularis lex. Circa legem noſtrã venirent querenda duo, vel tria. ❡Primum, vtrum iſte heres poſſet adire hereditatẽ antequam iſtã conditionẽ pro ſolido impleat. Tex. hic videtur dicere quod ſic. ibi ſancimus heredem ſi adierit. Pet. dicit contrariũ. nam conditiones debent ante omnia impleri in forma ſpecificata, ſecũdum iuſſum teſtatoris, vt l. qui heredi. in princ. de condi. & demonſt. & l. mulier. §. j. de condi. inſti. Nec ob. iſte tex. q2 glo. exponit, adierit. id eſt. adire voluerit. Contrarium huius tenet glo. in l. huiuſmodi. in prin. de leg. j. vbi videtur dicere quod poſt aditam hereditatẽ, ſiue poſt aditionẽ, iſta conditio adimpleatur, ſed hoc non placet, per tex. hic. ibi, prius eo dato, vel retẽto, &c. Dic ergo quod hoc videt de mente gloſ. hic, quod ſi quidẽ illud, quod debet dari cauſa conditionis implẽde, non excedit dodrantẽ, ante omnia debet dari, vt ibi, prius eo dato, &c. Si vero excedit dodrantẽ, tunc illud in quo excedit non debet dari, ſed per heredẽ retineri, vt in tex. ibi, vel retento, &c. Nec eſt verũ quod dicit Pet. quia imo debet primo totam conditionẽ implere, & poſtea reſiduũ repetere, quod eſt contra iſtum tex. ibi, retento. Preterea, ſicut legata reſecãtur per falcidiam ipſo iure, ita iſtud relictum in vim conditionis in eo quod excedit falcidiam reſecatur ipſo iure, &c. ❡Secundo eſt querendum, an de mortis cauſa capione detrahatur falcidia, tetigi in l. ſi mortis. §. eo. & plene in l. j. §. item ſi ita. ff. eo. tit. ❡Tertio eſſet querendũ, an illud, quod datur heredi cauſa cõditionis implẽde computetur in falcidiã. Glo. tangit hic & pleniſſime. ff. eo. l. in quartam.

LEX XX.

a **Cum incertum.** [a] Paria ſunt promittere, & dare. hoc dicit. Not. vbi eſt eadem ratio, ibi eſt idem ius.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡Cum certum. Uide Bald. hic per iſtum tex. infert ad no. q. quando promittit maritus reſtituere integram dotem. an poſſit retinere partem que ſibi defertur ex forma ſtatuti. qualiter hec l. intelligatur, vide Bart. in l. quod nomine. ff. de cond. indeb. & ad ſupra dictam queſtio. Bald. vide gloſſ. & ibi Ang. in d. auth. de here. & fal. §. ſi vero expreſſim, & que dixi in l. ſi patronus. ff. de dona. Bartol. in l. centurio.

P. PAV. P. ❡Cum certum. Uide hac reg. Fely. in c. veniens. extra. de teſta.

b ❡De fideicommiſ. vniuerſali. Uide omnino Angel. in d. l. Marcellus. verſic. quod autem.

De caducis tollendis. Rubr. L.

❡Glo. continuat, quia legata, & fideicommiſſa, multis modis efficiebantur caduca, & inualida, ſeu perdita. Imperator tollit mul-

a tos caſus, in quibus fiebant caduca, & ideo ponit de cad. tollend. [a]

ADDITIO.

a P. PAV. P. ❡De caduc. tollend. Circa iſtam materiam, quid

ſit non ſcriptum, quid caducum, ⁊ quid quaſi caducum, ⁊ de ratione in omnibus, vide Cep.cau.ſua.lxxj.

LEX VNICA.

ET nomen. Primo ponit ſuum proemium. Secundo illud exequitur. Secūda ibi, ⁊ cum lex papiii.in iſto ſuo proemio Imperator primo ponit cauſam, quare fuerunt introducta iſta caduca. Secundo ponit vnam rationem iniquitatis eius, quia d. l.erat odioſa. Tertio ponit aliam rationē iniquitatis, quia erant contra voluntatem defuncti. Secunda ibi, ⁊ quemadmodum. Tertia ibi, ſed ⁊ ipſi. In iſto principio non habetis alia.

1 ☞ Dies legati, quibus caſibus cedat.

§. Et cum lex. Hereditas poteſt adiri a morte teſtatoris, dies legati, ⁊ fideicommiſſi pure vel in diem certum relicti, a die mortis cedit quo ad trāſmiſſionem, ſublata iniquitate legis papie. Secundo illam corrigit. Secunda ibi, primum hoc corrigentes. ¶ Oppo.j.eo.tit.§.ſinau-
a tem[a] ſub cōditione. Sol. Hic loquitur in legatis relictis pure, vel in diem certum, ibi in legatis relictis ſub conditione. ¶ Oppon.j.eo.tit.§.in nouiſſimo. Sol. fallit in caſibus ibi poſitis. Oppon. de l. heres meus.ff.de cōditio.⁊ demonſt. Sol. licet ibi dies incerta ſit, tamen quia omnino extitura in vita legatarij, habetur pro pura. ¶ Oppo. de l.ſi dies.§.ſi.ff.quando di.leg.ced. Sol. Ibi erat conditio tacita, que non habet ſuſpendere legatum. ¶ Venio ad glo. ſuper verbo, cedere, que eſt difficilis, ⁊ ſeipſam male explicat. ¶ Oppo. ⁊ videtur quod dies legati non cedat, niſi ab adita hereditate, vt l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de leg.j.⁊ l.⁊ eleganter.§.item ſi ſeruum.ff.de dolo. Glo. que eſt hic, dicit quod iſtud, quod hic dicitur, quod dies cedit a tēpore mortis, eſt verū quo ad tranſmiſſionem, non quo ad inducendā obligationem, vel transferendū dominium, vide gl.ſi dicit hoc. ¶ Opp. de l.eum qui calēdis.ff.de verb.oblig. Sol. dicit gl. aliud in cōtractibus, aliud in vltimis voluntatibus. Sed certe hoc non eſt verum ſimpliciter, quia quo ad obligationē idem eſt in contractibus, quod in vltimis voluntatibus, vt ſtatim dicam. Tria ſunt ergo hic examinanda. ¶ Primo,
1 † quādo cedat dies leg. quo ad tranſmiſſionē, ⁊ in hoc non eſt dubium, ſi quidem legatū eſt purum, vel in diem certum, cedit a tempore mortis, vt hic. Fallit in caſibus, qui ponuntur j.eo.§.in nouiſſimo. Si vero legatum eſt cōditionale, vel ſub die incerta, cedit ab euentu conditionis, vel diei incerte, vt j.§.ſinautem ſub conditione. Fallit, quando dies eſt incerta omnino extitura, viuente legatario, vt l.heres meus.j.reſponſo.ff.de condi.⁊ demonſtr. Item fallit in cōditione, que tacite ineſt, vt l.ſi dies.§.ſi.quan.di.leg.ced. ⁊ l.cōditiones extrinſecus.ff.de condit.⁊ demonſt.⁊ l.iij.ff.de leg.j.
2 ¶ Secundo eſt videndū, † quando cedat dies legati quo ad obligationem. Reſpond. ante aditam hereditatem non poteſt cedere quoad obligationem, quia non eſt perſona, que obligetur. Item obligatio illa oritur ex quodam quaſi contractu, qui contrahitur aditione, vt inſtit.de obliga.que ex quaſi contractu.§.heres.⁊ l.ex maleficijs heres.de actio.⁊ oblig.⁊ l.apud Julia.in fin.quibus ex cau.in poſ.ea. vnde ante celebratum iſtum quaſi contractum, non poteſt dici obligatio. poſt aditam vero hereditatē ſi quidem legatum eſt purum, ſtatim contrahitur obligatio: quia heres obligaſ. Si vero legatum eſt in diem certum, ⁊ tunc idem regulariter, quia ſtatim naſcitur actio, licet obſtet exceptio.l.j.in fin.ff.quando dies vſufrut.leg.ce. Fallit in vſufruc. vt ibi dicitur, ⁊ ſic quo ad obligationem eſt idem in cōtractibus quod in legatis, vide gl.hic, in hoc non bene dicit. Si vero legatū eſt ſub conditione, vel die incerta, tunc cedit quoad obligationē aduemente conditione, vt l.cedere diem.de verbor.ſignific. etiam ſi conditio ſit tacita, vt not.in l.item
3 quia.ff.de pact. Tertio eſt † videndum, quando cedat dies legati quoad tranſlationē dominij. Reſpon. ſiquidem legatū eſt purum cedit ab adita hereditate vere, a tempore mortis ficte, vt l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.de leg.j.⁊ l.a Titio.in fi.ff.de furt.⁊ ibi no. Si vero eſt relictum in diem, tunc non transfertur dominium, niſi die aduemente: vt l.ſemprotus attalus.de vſufruct.legat.⁊ l.ſi ſerui. vſufruc. quemadmodū ca. Si vero eſt relictum ſub cōditione, non eſt dubium quod non cedit, niſi conditione adueniente, vt l.fina.§.ſinautem ſub conditione.§.commu.de leg.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sinautem. Sed iure digeſtorum, ante l.Papin. quo tempore cedat dies leg. vide Bartol. poſt. gloſſ. in l.eum qui.de condit.⁊ demonſtrat.

§. Et cum triplici. [a] Legata aut ſunt pro non ſcripta, aut quaſi caduca, aut vere caduca, hoc dicit.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Et cum triplici. Circa declarationem iſtorum omnium quid ſit pro non ſcripto, quid caducum, ⁊ quid quaſi caducum vide Cepo.caute.lxxj.de quo ſcripſi in rubr.

1 ☞ Legatum pro non ſcripto, quando accreſcat coniuncto.

a **§. In primo.** [a] Hic incipit exponere primum, ⁊ breuiter dicit, Pro non ſcriptis vadunt ad ſubſtitutum, vel coniunctum, vel remanent apud eum, a quo relinquuntur ſine aliquo onere, hoc dicit. ¶ Oppo. de l.ſi quis eum.ff.de condit.⁊ demonſtrat. Solu. Ibi legatum primum valebat, ſed onus ei iniunctum erat inutile. Oppon.ff.de legat.ij.l.codicil.in princ. Solu. eod. modo. Oppon. de l.ſi duobus.§.fin.ff.de lega.j. Plures ſunt ſolu. Illa eſt vera, quia ibi perſona eius, cui relinquitur, licet in rerum natura non eſſet, tamen ſperabatur eſſe, hic non erat, nec eſſe ſperabatur. ¶ Oppon.ff.de legat.j.l.plane.§.ſi con-
1 iunctim. Gloſſ. que eſt hic, dicit † quod regula eſt, quod pro non ſcriptum accreſcit cōiuncto. Fallit in quibuſdam caſibus, in quibus non accreſcit cōiuncto. Gloſ. ponit hic tres caſus, quos vide. Dyn. in d.l.plane.§.ſi cōiunctim. ponit vnam ſuam diſtinctionem per vnum modum. Diſtinguit enim aut legatum eſt inutile ratione perſone legantis, aut legatarij, aut miſta conſideratione vtriuſque, ⁊c. que diſtinctio infert varietatem caſuum, non rationem eorum, ⁊ ideo ſic ex ea nil vtilitatis poteſtis perpendere. Tu ergo dicas ſic, Quando legatum eſt omnino pro ſcripto, coniuncto accreſcit, ita loquitur hic: ſed quando legatum eſt aliquo reſpectu validū, tunc non accreſcit, coniuncto. ita loquuntur omnia contraria. Primo, quando teſtator legat Titio, ⁊ ſeruo ſuo, nam legatum ſerui licet mero iure non teneat, tenet tamen de quadam equitate, quia non debet eſſe heres ita impius, quin det. Ita loquitur l.pen.§.de neceſſa.ſer.here.inſtit. Item, ſecundus caſus, quando teſtator legat mihi ⁊ Titio ſeruum meum legatum rei mee, non eſt inualidum, quia ſaltem ego habeo ius retentionis in parte mea. Tertius caſus eſt, quando legat mihi, ⁊ non capaci, non eſt omnino inualidum, quia debes intelligere in tali incapace, a quo auferatur tanquam ab indigno, ⁊ applicetur fiſco. alias dictum gloſſ. non procedit. Plane dixi in d.l.plane.§.coniunctim. ¶ Oppon.j.eodem.§.his ita.⁊ ff.de legat.j.l.ciuitatibus.§.lucius. Solu. vt dicam d.§.⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ In primo. Hunc §. notanter limita per text.in l.fin.⁊ ibi not. Bart.ff.de his que pro non ſcrip.haben.

a **§. Pro ſecundo vero.** [a] Quaſi caduca vadunt ab ſubſtitutū, vel coniunctum, vel remanent apud eum, a quo ſunt relicta cum
b onere ſuo [b] hoc dicit. ¶ Oppon.ff.de adi.leg.l.filio.§.matri. Dicunt quidam, quod illa corrigitur. Alij dicunt quod ibi mater fuit eiecta, vt nuda miniſtra, quod eſſet contra illum tex. licet gloſ. ſic videatur tenere vbique. Dicit Petr. quod ibi, ideo quia deficit ibi legatum ex voluntate teſtatoris, hec lex loquitur quod deficit caſu. ¶ Item opponi. ⁊ videtur quod ſubſtitutus non admittatur, vt ff.de capti.l.quod ſi filius. Solu. Ibi loquitur in pupillari ſubſtitutione, que non poteſt habere locum in filio decedente in vita patris, nam cum pupillaris ſubſtitutio ſit teſtamentum filij oportet quod filius ſit talis conditionis, quod poſſit teſtari, niſi impediretur propter etatem, ſed ſi decedit in poteſtate[c] ĉtra aliud impedimentum, merito non poteſt habere locum in decedente in vita patris, hic loquitur in ſubſtitutione vulgari. Oppo. ⁊ videtur quod non ſit de nouo inuentum, quia erat de iure antiquo, vt l.ſi titio ⁊ meuio.§. Julian.ff.de leg.ij. Breuiter, quicquid gloſſ. dicat[d], dic quod hoc fuit inuentum de iure antiquo digeſtorum, poſtea erat correctum per l.Papin. hodie vero per hanc conſtitutionem reditur ad ius antiquum digeſtorum. Oppon. de here.inſtit.l.ſub conditione caſuali, que non dicitur onus. Tu dic clarius, ibi loquitur in conditione, cuius exiſtentia non habebat alteri inferre, commodum, hic vero erat talis conditio, que alteri commodum inferebat, merito intelligitur repetita. Oppon. de l.celſus.§.pen.⁊ fin.de legat.ij. Solu. vt dicam j.eodem.§.his ita. Vltimo querit gloſſ. quid ſi legatum tenet, ſed non tenet onus ſibi annexum? Dic plene vt l.codicil.in princ.ff.de legat.ij.vbi gloſ. ibi ego plene dixi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Pro ſecundo. Limita iſtum text.in eo quod dicit, quod ſubſtitutus prefertur coniuncto per caſum l.quamuis.§.de impub.⁊ l.quidam teſtamento.de vulg.⁊ pup. vide Barto.in l.j.in princ.in vlti.q.ver.item quero.ff.de vulg.⁊ pup.

AND. BARB. ¶ Pro ſecundo. Et de iure accreſcendi, vide Ludo.Rom.in conſi.lxxix.incip.quod reliqua hereditas.

b P.PAV.P. ¶Cum onere ſuo. Uide late Soc. in l. que conditio. ff.
de cond. ⁊ demon.
c ALEX. ¶Decedit in poteſtate. Adde Barto. in l. ſi duobus. in
prin. de leg. j. ⁊ gl. ⁊ doc. in l. fi. in ver. dabitur. ff. ſi pars here. pet.
d ALEX. ¶Dicat. Hic Bar. tꝫ contra. in l. ſi ſub conditione. ⁊ in l.
que conditio. ff. de condit. ⁊ demonſt. vide hic Cyn. ⁊ ĩ. ead. l. §. vbi
autem.
1 ☞Legata in quibus caſibus tranſmittantur hereditate non
adita.
2 Quare in caſibus hic expreſſis non cedat dies legati, niſi ab adi-
ta hereditate.

a **§. In nouiſſimo.** [a]Legatũ pure, vel in diẽ certũ
cedit a tẽpore mortis quo ad
tranſmiſſionem, exceptis caſibus hic expreſſis, hereditas vero nõ
b adita[b] non tranſmittitur. hoc dicit. †Op. ff. ad Syl. l. ſi quis ingra
1 veſcente. §. eleganter. Sol. Fallit in caſu illo, in quo hereditate, nõ
adita tranſmittitur, ⁊ in alijs, qui no. in l. ventre. ff. de acqui. hered.
2 Quero † que eſt ratio, quod in caſibus hic expreſſis nõ cedit dies,
niſi ab adita hereditate. Ratio eſt, qꝛ quando legatario non expe
dit quod cedat dies a tempore mortis, non cedit. Hoc autem con
tingit in iſtis tribus caſibus, nam libertas non põt tranſmitti ad
heredem, ⁊ ideo non poteſt dici, quod cedat dies quo ad trãſmiſ-
ſionẽ. Item, quando relinquitur aliquid ſeruo, non expedit ſibi ꝙ
cedat dies legati a tẽpore mortis, qꝛ cum reperiret ipſum ſeruum
acquireret domino ſuo, ⁊ ſic ipſi hereditati, que interim eſt loco
dñi, merito expectatur hr̃ditatis aditio, qꝛ tunc erit liber, vel alte
rius. Item in vſufructu, qꝛ vſuſfructus non tranſmittitur, merito
non dicitur quod cedat dies eius quo ad tranſmiſſionem. Ex quo
3 apparet ſolu. cuiuſdam q. quam facit glo. † Quid in ſeruitutibus
realibus. Gl. videtur dicere quod cedit dies ſicut in vſufructu, ꝙ
eſt falſum, qꝛ ceſſat illa ratio, que eſt in vſufructu. Facit ad hoc ff.
de ſer. lega. l. ſi fundum. Uide circa hoc qđ no. in l. j. ⁊ ij. ff. quã. dies
legat. ced. vbi gl. dicit idem quod hic.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶In nouiſſimo. De iſta dictione nouiſſime, vide Bart.
in ru. ff. de no. ope. nũ. AND. BARB. ¶In nouiſſimo. Adde bar.
in conſi. clix. incip. proponitur quod dña Luciarella. ⁊ vide Lud.
Roma. in conſi. ccxxj. de legato non agnito tranſmiſſo, vtrũ lega-
tum debeatur a ſubſtituto ſi relinquitur ab herede, ⁊ vide eundeꝫ
Ludouicum Roman. conſil. cxxxij. P. PAV. P. ¶In nouiſſi-
mo. An autẽ iſta regula quod hereditas non adita non tranſmit-
tatur, habeat locum in monacho ita, quod ſi non adeat, eccleſia
priuetur, vide Ang. cõſil. xxvj. inci. in Dei nomine, ſuper j. puncto.
in iiij. du. ⁊ de hac trãſmiſſiõe hereditatis, vide Alex. cõſil. cccclriij.
nunquid autem fideicommiſ. quod debebatur ex clauſula codicil-
lari rupto teſtamento tranſmittatur non aditum, vide Bar. conſi.
xij. ⁊ in conſi. ſeq. circa fi. vbi ponit quid de fideicommiſ. Item plu-
res caſus in quibus tranſmittatur hereditas non adita, vide per
Bar. ⁊ alios in l. ventre. ff. de acquir. hered. Item quid ſi ſtatutum
diceret quod quelibet hereditas delata tranſmittatur non adita,
que intelligatur, ⁊ an opus ſit quod ipſe ſciat ſibi delatã, ⁊ quãdo
delata dicatur ſi forte erat relicta ſub cõditione, que in rerum na-
tura ſub conditione, erat purificata ſed inſtitutus ignorabat, vide
Ant. de Butr. conſi. lxxix. vbi concludit quod ſufficit eſſe delatam
licet heres ignoraret, ⁊ multa alia vt per eum. Item de materia ⁊
⁊ pluribus rationibus an hereditas non adita non trãſmittatur,
vide Iaſ. in l. emancipata. vbi per diſcurſum multa alia ponit de
materia tranſmiſſionis hereditatis vel bon. poſſ. ⁊c. C. qui admit.
b ALEX. ¶Non adita. Et que ſit ratio, vide Bal. in l. ſi auia. ꝫ. de
iur. delib. ⁊ Salic. in l. apud hoſtes. ꝫ. de ſuis ⁊ leg. quod limita vt
per Bart. not. in l. ij. in fi. ff. de vulg. ⁊ pu.

a **§. Sinautem aliquid.** [a]Legata relicta ſub
cõditione, vel in diẽ
incertũ, cedunt a die aduenientis conditionis, vel diei incerte, ⁊ ſi
efficiãtur caduca, vadunt ad ſubſtitutum, vel ſubſtitutos, vel con-
iũctos, vel remanẽt apud eos a quibus relictũ eſt, ſi ſunt heredes
grauati pro hereditaria portione, ſi ſunt alij pro virili cũ onere ſuo
hoc dicit. Op. de l. heres meus. in prin. ff. de condi. ⁊ demonſt. ⁊ l. ſi
cum heres. ff. quãdo dies leg. ced. Sol. Breuiter, quod hic dicitur
de cõditione, intelligo niſi ſit talis cõditionis, que inſit tacite, vt l.
iij. de leg. j. ⁊ l. conditiones extrinſecus. de condi. ⁊ demonſt. vel niſi
ſit omnino extitura in vita legatarij, vt in legibus cõtrarijs. Opp.
ff. de acquir. here. l. qui patri. Sol. Ille eſt mirabilis caſus, ⁊ ſingu-
lariſſimus ibi. Ratio, quia ius ſubſtitutionis erat vnitum cum
iure accreſcendi, vt ibi plene dicitur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Sinautem aliquid. Quando legatum ſub cõditione
tranſmittatur, vide Bald. in l. j. ꝫ. vt ac. ab here. ⁊ contra here. Ad
intellectũ iſtius tex. vide Bar. in l. quandiu. la iij. ff. de acquir. here.

P. PAV. P. ¶Sinautem. Circa iſtam materiam quod legata ſub
conditione nõ tranſmittantur, ſi ante purificatam conditionẽ mo-
riatur legatarius, limita ſignãter procedere quãdo eſſet conditio
momẽtanea, ſecus ſi eſſet ſucceſſiua, puta ſi habitauerit cũ tali vſ-
quequo matrimoniũ contraxerit, vel mortuus fuerit. quod ſi lega-
tarius ceperit habitare, licet poſtea moriatur ante tẽpus limita-
tum in conditione habeat legatum integrum, vide Ioan. de Ana.
conſi. viij. inci. viſo puncto, ⁊ eundẽ not. conſi. lxxv. Item quod vbi
conſtat de volũtate teſtatoris expreſſa vel tacita cõditione tranſ-
mittatur, ⁊ ecõtra, niſi de volũtate cõſtat, vide Soc. in l. iiij. de leg.
j. ⁊ ibi etiã quod legatũ de ſe non efficitur conditionale, vbi appa-
ret de mente. ⁊ de eo quod dictũ eſt quãdo conſtat de mẽte condi-
tionale trãſmittitur, vide Soc. in l. heredes mei. §. cũ ita. ad Treb.
AND. BARB. ¶Sinautẽ. Uide Bar. in cõſi. clix. incip. propo-
nitur quod dña Luciarella. ⁊ in cõſi. clxx. inci. Rich. cõdidit teſta.

a **§. Ne autem hoc.** [a]Quod dictum eſt quod le-
gata tranſeunt, vel remanent
cum onere ſuo, intelligitur de onere quod conſiſtit in dando, vel
faciendo, id quod poteſt per alium explicari, ſecus ſi conſiſtat in
b facto, quod certe perſone coheret[b].

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Nec hoc autẽ. Uide eũ in l. ſi deceſſerit. qui ſatiſd. cog.
quando aliquid videatur commiſſum conſcientie alicuius, preſu-
mitur ex qualitate facti vel perſone, vt eſt tex. licet in alijs termi-
nis quã hic. qui tex. videtur melior de iure, in c. fi. vbi hoc declara-
tur per gl. ⁊ doct. de offi. deleg. Plus dicit hic Imol. quod ſi papa
in literis delegatorijs dixit ⁊ in hoc tuam conſcientiã oneramus,
quod videtur electa induſtria perſone text. eſt vbi not. d. Cardi. in
cle. j. de iureiur. Facit l. probatorias. ĩ. de diuer. offic. lib. xij. ⁊ l. per
hanc ĩ. de ero. milit. lib. xij. Sed vide gl. in l. eos. in prin. ĩ. de appel.
que intelligit tex. iſtum, qui dicit, prima ſententia habet locũ, ſicut
fuerit lata per delegatum. vide tex. l. vel ſingulos. ff. de teſt. in verſi.
proprio chirographo. cum gl. que videtur dicere contrariũ. Item
ſi requiritur quod aliquis interſit, ⁊ requiritur preſentia in aliquo
actu, non poteſt vices ſuas alteri committere, vt dicit Bal. in ca.
quamuis. de offi. deleg. ⁊ ibi aliquid per Moder. ⁊ Bal. in l. j. in fi.
C. qui admit. ¶Adde quãdo teſtator cõmiſit, quod ſtetur cõſciẽ-
tie alicuius, quid importet, Rom. conſi. ccclix. per Ang. conſi. xciij.
b P. PAV. P. ¶Perſone coheret. Uide in materia legatorũ quod
quando teſtator appoſuit aliquod onus alicui, quod cenſeatur
onus coherere perſone, nec tranſit ad ſucceſſorem, vide Anto. de
But. conſi. xlviij. incip. abſque diffuſione allegationum.
1 ☞Legatum pro non ſcriptum, non tranſit cum onere.
2 Ius accreſcẽdi habet locum, etiã ſi ille cui accreſcit. ſit defunctus.
3 Portio vnius ex heredibus deficiens, quare accreſcat coheredi-
bus inuitis, ⁊ quod aliud ſit in legatis. ⁊ num. 1.
4 Coniũcti verbis, dicuntur illi, qui in vna ⁊ eadẽ oratione ponũtur.
5 Diſiũcti verbis, dicũtur illi, qui ponũtur in diuerſis orationibus.
6 Quando copula cadit inter duas orationes, non inducit coniun-
ctionem verbalem.

§. His ita. Iſta eſt bona materia. Portio vnius ex he-
redib. deficiens, coheredib. inuitis, accreſcit
pro hereditaria portione, ſi omnes ſunt cõiuncti vel diſiũcti, con-
iunctis primo, poſtea diſiunctis accreſcit cũ onere ſuo, hoc dicit.
Not. iſtũ tex. ibi, hoc ita tam varie, ⁊c. qui dicãtur cõiuncti verbis,
⁊ qui diſiũcti, de quo facio magnũ feſtum in l. re cõiuncti. de leg. ij.
Diſcitur hic, quod portio hereditatis, quocunqꝫ modo deficiens,
1 vadit ad coheredes cum onere. Contra † pro non ſcripta[a] non
a tranſeunt cum onere, vt ꝫ. eo. §. in j. Sol. Dicit gl. aliud in legatis,
vt ibi, aliud in hereditate, vt hic. Ratio, quia legatũ pro non ſcri-
ptum ab initio eſt nullum, cum non ſit perſona, in qua fundetur,
neqꝫ vere, neqꝫ ficte, ac hereditas habet perſonã repreſentatã, vt l.
noua. ff. de noua. ⁊ l. heres quãdoqꝫ, de acquir. here. ⁊ l. ſi ex re. §. fi.
de ſtipu. ſer. ⁊ l. omnis hereditas. ⁊ l. omnia fere. de regul. iur. Sed
contra hoc oppo. ff. de leg. ij. l. celſus. §. pen. ⁊ fi. glo. videtur dicere,
quod hic corrigit. Tu dic, quod ibi hereditas fuit pro nõ ſcripta,
tamen legata erant relicta ab herede, cuius portio deficit in totũ
merito quia tunc eſt eadẽ ratio, que in legato accreſcit ſine onere,
⁊ iſtum paſſum gloſſ. examinat, ⁊ ibi plene dixi in l. que conditio. in
b prin. ff. de cond. ⁊ demonſt. Opp. de l. j. §. fi. de le. iij.[b] Sol. Ibi vadit
hereditas ad aliũ venientẽ ab inteſtato, preter ſpem defuncti, hic
vero vadit ad coheredes ſuccedẽtes ex diſpoſitione defuncti. Se-
2 cundo habes hic, † quod ius accreſcendi habet locum, etiã ſi ille,
cui accreſcit, ſit defunctus. Simile de condi. ⁊ demonſtr. l. hec ſcri-
ptura. §. fi. ⁊ ff. de ſuis ⁊ legi. l. ſi ex pluribus. Inſti. ad orfi. §. fi. Con-
tra iſtud opp. ff. de vulg. ⁊ pup. l. ſed ⁊ ſi plures. in prin. ⁊ ꝫ. ea. l. §. in
nouiſſimo. vbi dicitur, quod hereditas non adita non trãſmittitur
ſiue ſit inſtitutio ſiue ſubſtitutio. Solu. Aliud in iure accreſcendi,
vt hic, ⁊ ſimilibus, aliud in iure inſtitutionis, vel ſubſtitutionis.

Ratio,quia ius accreſcēdi in omnibus,preterquam in vſufructu,
dicitur ineſſe portioni, nō perſone,vt l.titio.§.j.de vſufruc.⁊ l.⁊ an
eadē.§.j.⁊ ibi no.de excep.rei iud.merito trāſit iſtud ius ad quem-
cunq; tranſit portio hereditatis, vt l.ſi totam.ff.de acquir.hered.
Ius vero inſtitutionis ⁊ ſubſtitutionis ineſt perſone,vnde merito
3 ante aditionē non trāſmittitur.† Tertio habes hic quod accreſcit
c inuitis.[c] Contra j.proxi.§. Sol. Aliud in legatis,aliud in heredi-
tatibus.Ratio patet,nam non poteſt quis decedere pro parte te-
ſtatus.⁊ pro parte inteſtatus,vt l.ius noſtrū.ff.de reg.iur.quod nō
accidit in legatis,etiā nemine volēte legatū,cū ſint heredes,apud
quos remanet. Et iſtū paſſum,vtrū hereditas accreſcat inutilis,
dic vt dixi ſ.de iur.delib.l.quidā eulogio.in illa q.quādo vna por-
tio deferatur a teſtatore,alia ex legis diſpoſitione. Ad vltimū di-
ctum opp.⁊ habetur hic,quod primo vocātur,coniuncti,quā diſ-
iuncti.Contra ff.de here.inſti.l.itē quod ſabinus.§.j. Iſtud eſt dif-
ficile contrariū.Breuiter iſta eſt vera ſol.quod ibi omnes ſunt diſ-
4 iuncti,⁊ nullus eſt ibi coniunctus.† Vltimo rogo te quod teneas
mēti iſtas duas regulas,que ponūtur hic in verſi.hoc ita tā varie.
quod illi dicuntur cōiuncti verbis,qui in vna ⁊ eadē oratione po-
5 nuntur,illi † dicuntur diſiuncti verbis,[d] qui ponuntur in diuerſis
d orationib⁹,quia alibi nō habet ita clare.† Ex hoc dico ego, quod
6 quādo copula cadit inter duas orationes,nō inducit cōiunctionē
verbalē.Tex.eſt in l.ſicut in annos.§.j.ff.quib.mod.vſuſfruc.amit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Contra pro non ſcripta. Et eſt differentia inter §.
iſtum,⁊ §.in j.ſ.eo.quia hereditas iacens repreſentat perſonā de-
functi, ⁊ ſic ſi heres inſtitutus eſt mortuus, hereditas manet ia-
cens, quia tenetur ad omnia onera ad que tenebatur defunctus,
cum ipſum repreſentet,vnde ad quemcunq; tranſit cum onere,le-
gatum vero,defunctum in aliquo non repreſentat. Et ita vult hic
ſentire Bald.⁊ melius in l.re coniuncti.de leg.iij.vbi dicit hanc ra-
tionem eſſe nouam,nec tactam ab aliquo alibi.
b ALEX. ¶ De leg.iij.Vide Bar.in l.ſi duob.§.j.de leg.j.⁊ iſta lex
celſus.hic allegata facit magnā limitationē ad ea.que dicuntur in
d.l.ſi quis a filio.in prin.de le.j.vbi relicta ab inſtituto cēſentur re-
licta a ſubſtituto.Illud eſt verū niſi nominatim ab herede fuerint
legata,vt puta a te titio lego.quo caſu ita videntur relicta ſolū,ſi ille
ſit heres.d.l.celſus.vide Bar.in l.non iuſtā.ad Treb.adde Bart.
in terminis in l.titia.la iij.de leg.ij.⁊ in §.j.⁊ ibi per gl.inſti.ad l.falc.
c ALEX. ¶ Accreſcit inuitis.Ad iſtū §.vide Bart.in l.j.ſ.quādo
nō pet.part.⁊ vide Cy.melius loquentē ⁊ Bal.in proxi.§.in prin.
d ALEX. ¶ Diſiūcti vbis.Vide hic per Bal.in §.prox.per Bar.
2 ☞ Legatarii quando ſunt coniuncti verbis, ⁊ diſiuncti re, tunc
portio vnius deficiens,remanet apud alios,ſine onere per ius ac-
creſcendi.
3 Quando plures ſunt coniuncti verbis tantum,tunc eſt locus iuri
accreſcendi cum onere.⁊ nume.1.
4 Quando plures ſunt re coniuncti tantum,tunc eſt locus iuri non
decreſcendi ſine onere.
5 Si ſunt coniuncti re,⁊ verbis, an creſcat, ſeu non decreſcat cum
onere vel ſine onere.

a **§. Vbi autem.** [a] In legatis portio deficiens accre-
ſcit coniunctis cum onere ſuo,ſed ſi
legatarij ſunt diſiuncti verbis,⁊ coniuncti re,⁊ omnes acceptant,
ſibi partes faciunt per cōcurſum,niſi teſtator aliud expreſſe diſpo
ſuit,⁊ ſi vnius portio deficit,apud alios remanet per ius nō decre-
1 ſcendi,ſine onere.h.d.Ex iſto §.no.ſingulariter iſtud,quod † illi di-
cūtur re cōiuncti,quibus expreſſa diſpoſitione teſtatoris tota res
aſſignatur cuilibet.Vide tex.quia ſermo teſtatoris,⁊c.Simile ha-
betis in l.idē neratius.de vſufruct.accreſcend.Opp.ad iſtud prin.
⁊ videtur quod nō accreſcit cū onere,vt ſ.eo.§.j.Sol.Ibi in pro non
2 ſcriptis hic in caducis,vel quaſi.† Opp.j.eo.verſi.ſinautē ad defi-
cientis.quē modo legi.Sol.ibi loquitur in cōiunctis verbis,⁊ diſ-
iunctis re, qui cū veniāt per ius nō decreſcēdi, remanet apud eos
ſine onere.Oppo.dicitur hic,volētibus,cōtra ſ.proxi.§.Sol.Aliud
b in heredib.aliud in legatarijs. Venio ad §.ſinautē [b] ad deficiētis,
⁊ oppo.ſ.eo.§.pro ſecūdo.⁊ §.in nouiſſimo.Sol.vt modo dixi, hic
veniunt per ius non decreſcēdi,ibi per ius accreſcēdi. Circa hanc
3 l.formo q.nos habemus † quādo plures ſunt cōiuncti verbis tan-
4 tum,tunc eſt locus iuri accreſcēdi cum onere.Item † quando plu-
res ſunt re coniuncti tantū, tunc eſt locus iuri non decreſcēdi ſine
5 onere.¶ Quero, † quid ſi ſunt cōiuncti re,⁊ verbis vtrum accre-
ſcat ſeu non decreſcat cum onere vel ſine onere.Glo.hic dicit,cum
onere.Vide eam ſuper verbo,non ſentiat.in fi.Pet.de Bel.perti.
dicit contrarium.Cum enim ſint coniuncti re ⁊ verbis,ex eo quod
ſunt coniuncti re,veniunt per ius non decreſcendi, apparet quod
debet remanere ſine onere,dicit ipſe.Gloſ.tenet cōtrarium,⁊ ego,
vt videtur mihi,teneo gloſ.noſtram in l.re coniuncti.de leg.iij.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Vbi autem.Vide Bar.in conſil.clxxxj.incip.
pro examinanda veritate pro.§.vbi autem.ſi habet locum ius ac-
creſcendi in fideicommiſ.
b P.PAV.P. ¶ §.ſinautem. Circa iſtum §.dum dicitur in eo, ⁊ al-
lega.quod ſi teſtator idem voluiſſet in vno quod in alio vtiq; ex-
preſſiſſet.vide Alex.conſi.clv.volu.ij.⁊ conſi.cij.volu.iij.ad fin.

§. Que autem. Que dicta ſunt de hereditatibus,
que auferuntur ab indignis, in ta-
cta per manent.hoc dicit.

§. Cum autem. Hereditas non adita non tranſ-
mittitur,ſed vadit ad coheredes
vel ad venientes ab inteſtato,vel ad fiſcum.

a **§. Hec autem omnia.** [a] Hac lege ſtatuta lo-
cum habent in teſta-
mentis,codicillis,⁊ donationibus cauſa mor.hoc dicit.¶ Not.ex
1 iſto text.† quod in donatione cauſa mortis habet locum ius ac-
creſcendi,quia formaui queſtionē de hoc,quando repetij l.re con-
iuncti.de leg.iij.⁊ eam dimiſi indeciſam,ſed hic habes tex.Vltimo
2 not.† que proſunt omnibus, debent preferri vtilitatibus priua-
torum, vt in authen.res que.ſ.commu.de leg.⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Hec autem omnia.Et vide Bar.in l.ſi mihi ⁊ titio.de
verb.oblig.⁊ Bal.in l.j.in fi.ſ.quando non pet.par.⁊ Bar.in l.cum
hi.in princ.ff.de tranſact.

De his,qui ante apertas tabulas. Rubr. LI.

LEX VNICA.

1 ☞ Filius, vel alius in poteſtate decedens, hereditatem ſui pa-
rentis non aditam,⁊ ignorans.tranſmittit ad quoſcunque.
2 Deſcendentes, qui non ſunt in poteſtate,hereditatem aſcenden-
tium non agnitā tranſmittunt ad deſcendētes,non ad extraneos.
3 Hereditas non adita,an etiam tranſmittatur ad deſcendentes.
4 Fideicommiſſum conditionale relictum ab aſcendentibus non
tranſmittitur ad deſcendentes,fideicommiſſario defuncto condi-
tione pendente.

a **Per hanc.** [a] Hereditas aſcendentiū non adi-
* ta,tranſmittitur ad deſcendentes,
niſi repudiata ſit.Idem in legato non agnito.h.d.Di-
uiditur in tres partes.¶ Primo ponit vnum ſtatutū,
quod continet ius ſpeciale.¶ Secundo ponit aliud,quod conti-
net ius cōmune.¶ Tertio ponit rationem.¶ Secunda ibi,quod
ſcilicet. ¶ Tertia ibi,ſi quidem. Hec eſt ſingularis conſtitutio,⁊
noua.Opp.ſ.de iur.delib.l.iij.Dicunt quidam,quod hic loquitur
de filio, qui erat in poteſtate, ibi de emācipato.hoc eſt falſum per
iſtū text.qui loquitur de matre,⁊ auia. Dicas ergo quod hoc ſpe-
ciale in deſcēdentibus vt hereditas aſcendentiū non adita tranſ-
mittatur ad deſcēdentes. Contra hoc opponitur,quia deſcēdentes
tranſmittunt hereditatē ad quoſcunq;,vt l.hereditate.§.filius.de
1 caſtrenſi pecu.dixi plene ſ.de iur.delib.l.ſi infanti.Sol.† Filius vel
alius in poteſtate decedens, hereditatē ſui parētis non aditam ⁊
ignorans trāſmittit ad quoſcunq;,vt dixi in l.ſi infanti.⁊ hoc ope-
2 ratur exiſtētia ſui heredis,vt videbitis j.ti.iij.l.apud hoſtes.† De-
ſcendētes vero,qui non ſunt in poteſtate,hereditatē aſcēdentium
non agnitā tranſmittūt ad deſcēdentes,non ad extraneos.Hic
caſus ſingularis.illi vero qui non ſunt de deſcēdentibus heredita-
tem non aditā non tranſmittūt regulariter,vt in d.§.in nouiſſimo
ſ.tit.j.Item,qui ſunt de deſcendentibus,⁊ non in poteſtate non
habent deſcēdentes ex ſe hereditatē non aditam non tranſmittunt,
ſecundū regulā in d.§.in nouiſſimo. Ita debetis iſtam materiam in-
3 telligere.† Contra predicta opponitur [b], ⁊ videtur, quod etiam ad
b deſcēdentes hereditas non adita tranſmittatur,vt j.tit.iij.l.apud
hoſtes. Gl.que eſt hic,hoc fatetur, ⁊ male,quia contra caſum l.d.
§.ſi quis ex liberis.ff.ad Tertul. Non obſt.l.apud hoſtes.j.tit.iij.
c quia ibi loquitur de ſuis,qui trāſmittunt ad omnes. Querit gloſ.
quid ſi iſti deſcēdentes, non ſunt inſtituti heredes ab illis quibus
fuit delata hereditas non agnita. Dicit gloſſa non admittuntur.
arg.ad hoc de coniun.cum emancipa.lib.l.j.§.ij. Item querit,quid
ſi hereditas nō fuit delata ex teſtamēto,ſed ab inteſtato. Gloſſa
* idem,* quia eadē eſt ratio.hoc tenēt omnes. Queritur circa hanc
4 legem [d], vtrū fideicōmiſſum cōditionale [e] relictū ab aſcēdentibus
e tranſmittatur ad deſcēdentes fideicōmiſſario defuncto,conditione
pendente.Certe glo.tua determinat quod nō,⁊ bene.dic ergo.
5 Quero, † vtrū iſta lex habeat locū ſiue iſti deſcēdētes fuerint nati
in vita illius,⁊ de cuius hereditate agitur,ſiue poſtea. Dy.tenet
quod ſic,⁊ Cyn.hic ponit eam,⁊ facit de ea magnū feſtū quia dicit,
quod ipſe habuit eam de facto. Et allegat dictū Dy.in l.Gallus,
in magna diſtinctione, ⁊ ponit ipſe hic,⁊ in l.qui ſe patris.ſ.vnde
li.⁊ l.ſi quis filiū.ſ.de inoffi.teſta.⁊ gl.ordinaria hoc videtur velle,
referēdo illam gl.ad illum tex.ſ.de fideicommiſſ.l.ſi in perſona,⁊c.

ADDIT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN